



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

**Parisiis, 1644**

XVIII. De Synodo facienda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15324**

rum , vel diaconorum consilio \* intaminauerint ,  
aut fratribus , vel filiis , vel quibuscumque propin-  
quis suis dederint potestatem , vt per eos latenter  
res laedantur ecclesiæ , hos oportet obnoxios esse  
Concilio. \* Similiter id , si episcopus , vel qui cum eo sunt presbyteri aut diaconi accusentur , vt quæ ex reditu , vel ex quolibet † actu ecclesiæ veniunt ,  
in suo sinu colligunt , & pauperes fraudant , & fame  
conficiuntur , hos corripi oportet , secundum quod ordinatum fuerit a sancto Concilio.

## XVII.

Distinctio.  
Si quis.  
Iuo p. 3. c.  
173. Burch.  
lib. 3. c. 179.

Si quis presbyter aut diaconus inuentus fuerit aliquid de \* vasis ministerii ecclesiæ venumdasse ;  
quia sacrilegium commisit , placuit eum in ordina-  
tione ecclesiastica non haberi ; in iudicio tamen e-  
piscopi dimittendum esse , siue dignus sit , siue in-  
dignus , in suo recipi \* gradu : quia simul toties pro hoc ipso , quod de sacro sancto altario intaminauerint , id cum episcopi potestate dimissum est.

## XVIII.

Ex Concil.  
Antioch.  
Can. 20.  
Habetur  
distinctio. 18.  
cap. Pro-  
pter eccl-  
esiasticas.

Propter ecclesiasticas curas , & altercationum solutiones , bene placuit , per singulas prouincias bis in anno Concilium fieri , conuocante metropolitano episcopo omnes prouinciæ episcopos ; ita vt in his Conciliis prodeant omnes presbyteri , diaconi , vel hi quorum in Concilio causæ examinatae ad iustum iudicium prodantur . Et qui manife-  
ste episcopi vel presbyteri aut diaconi inuenti fuerint in offensa , secundum rationem excommuni-  
centur , quamdiu communi consensu de his pla-  
cuit dare sententiam . Nulli autem episcopo liceat

† Hæc vox  
in simili li-  
gnificatio-  
ne usurpa-  
tur 2. qu. 2.  
Vulterane.  
Vide notam  
Gregoria-  
niam.

\* conta-  
minaue-  
tit,

\* Sin au-

\* clemo-  
synis

\* vnde  
beargua-  
du:

<sup>\*f. eccl.</sup> propria apud semetipsum Concilia facere, præter eos qui sunt metropolis \* creditæ.

## XIX.

Non liceat ad Concilium conuocatos episcopos continere, sed ire, & ea quæ ad utilitatem ecclesiæ vel ceterorum pertinent, aut docere, si nouit; aut doceri, si nescit. Nam si extra ægritudinem contempserit ire, reus erit fraterni Concilii.

## XX.

Si quis triginta ætatis suæ non impleuerit annos, nullo modo presbyter ordinetur, et si valde sit dignus: quia ipse Dominus tricesimo anno baptizatus est, & sic cœpit docere. Oportet ergo eum qui ordinandus est, vsque ad hanc ætatem legitimam conseruari.

Affertur  
distinct. 78.  
cap. Si quis  
triginta.  
Tribut. Bo-  
nifacio pa-  
pæ, verum  
ex Neocæ-  
sariensi Can.  
ii.  
*Lue. 3.*

## XXI.

Si quis pro causa ægritudinis naturalia a medicis habuerit secta, similiter & qui a barbaris, aut a dominis stultis fuerint castrati, & moribus digni fuerint visi, hos Canon admittit ad clericatus officium promoueri. Si quis autem sanus non per disciplinam religionis & abstinentiæ, sed per abscissionem plasmati a Deo corporis, existimans a se posse carnales concupiscentias amputari, castrauebit se, non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quod si iam ante fuerat promotus ad clerum, prohibitus a suo ministerio deponatur.

Distinct. 55.  
c. Si quis  
pro ægritu-  
dine.  
Ine p. 6. c.  
374.

## XXII.

Qui nuper baptizati fuerint, iam ætate legitima, non continuo liceat eos ad ecclesiasticum ordinem promoueri: quia oportet illum prius doce-